

prefata Epist. 115. *Blanda voluptas* dicit, pro blandimine voluptatis. Plaut. in *Aulul.* Act. 2. scen. 2. v. 38. *Mala malitia.* Iuvenal. Satyr. 1. v. 113. *Fanesca pecunia.* Horat. 1. Carm. Od. 3. v. 28. *Fraude mala.* 2. Satyr. 3. v. 43. *Mala fultitia.* v. 78. *Ambitione mala.* 1. Satyr. 1. v. 77. *Malos fures.* & Virgil. 1. Georg. v. 129. *Malum virus serpentibus:* quibus in locis adiektivum debet intelligi in verum sensum vocis abstractum, ut malum malitiae, ambitionis, stultitiae veneni, &c. Non fecus in *Avaritia mala*, malum, seu viciositas avaritiae. In Bibl. elucet. Psalm. 24. 21. *Innocentes & recti adhaerent mihi.* Hebr. *Innocentia & rectitudo.*

26 *Siccine malum in abstracto significat pessimum, peius scilicet inter mala, & turpius inter deformia.* Unde Hieronym. hic dicit, *Avaritiam pessimam:* quod per *Epizeuxim* solet exprimi in Sagra pagina: ut Proverb. 20. 14. *Malum est, malum est.* Dicitur enim avaritia quæ à cunctis cognoscitur mala, malas idest, pessima quia radix omnium vitiatorum. *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Nam qui volunt divites fieri (non qui sunt; sed qui fieri volunt, ut sunt avari) incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. In sensum & sensus expositionem quadrat sententia Iuvenal. Satyr. 14. v. 174.

*Inde ferè scelerum causa nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sepius ullum
Humana mentis vitium, quam sava cupido
Immodici census nam dives qui fieri vult,
Et citò vult fieri, &c.*

Sallustius de Bell. Catilin. allipulatur. *Primò pecunia (ait) deinde imperij cupido crevit. Ea quasi materies omnia malorum fuere: namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subvertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit.* Arator, 1. in Act. Apost. à v. 42 1.

*Denique quando
Auri cessat amor, qui peiora semper adavit?
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum, cuius violentius ardet
Ambitio crescente malo, stimulantque rapinis
Addita laera fame.*

Ideo Habacuc dicit his cupidis *Va:* igitur in malorum nocumentum, philargyria, quæ dulcis, maximum malum.

27 Sed quare maximum? Quia radix vitiatorum? Vel E haecus dicit. *Avaritiam omnia vitia habere putabant.* Aul. Gell. lib. 1. cap. 2. Nos verò arbitramur illam dici pessimam, quia vitium sine usu, & semper votum in voto. Floridissimè Paulus loc. cit. *Radix malorum est cupiditas, quam quidam appetentes.* Apofite: dum cupitus orbis habetur, cupiditas concupiscitur. Aliquid desiderat avaritia post omnia: & cum nihil sit ultra, quod concupiscat; concupiscit desideria.

*Habet Africanus millies, & tamen captat:
Fortuna malis dat nimis, satis nulli.*

Succinit Martial lib. 12. Epigr. 10. Æschyl. in *Prometh.* v. 189. *Tandem cupido cupidum deventurum.* Theocrit. Edyl. 16. v. 61. *Innumerabile argentum; semper autem pluris habendi desiderium.* Rationem ostendit Gregor. Magn. lib. 15. in *Iob.* cap. 12. *Avaritia (inquit) desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis, cum ligna, que consumat, accerperit; accerperit: & unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari.* Hinc à Diogene Avaritia dicta *Metropolis malorum*, apud Erasum. Roterod. lib. 3. *Apophthegm.* n. 5 igitur si divitiæ avaritiæ medicamina, avaritia omninò pessima: quandoquidem in augmentum ægritudinis sunt remedia infirmitatis. Ope in voto sunt, & habitæ etiam habentur in voto; unde miseriore, quò magis divites: concupiscunt omnia habentes, nihil cupientes præter cupiditates. En infelicitas. *Cum satiatus fuerit ardebitur & aestuabit.* Iob. 20. 22. *Incitò Ar. Mont. legit: Va concupiscit concupiscientiam malam: & Tigr. Va inibi: etenim ut ait Publ. Syr. d. v. 192.*

Instructa inopia est, in divitijs cupiditas.

Malæ non sunt divitiæ. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Pessimæ divitiarum cupiditates; quia divitiæ comitatur pessima appofitio cordis. *Inseruerunt se doloribus multis* (ait August. de Verb. Dom. secund. Matrb. term. 5.) *sed qui? Qui volunt divites fieri.*

vi. *Aliud est, esse divitem: aliud, velle divitem fieri. Dives est, qui à divitibus natus est; non quia voluit, dives est. Vides facultates, non interrogo voluptates. Ille cupiditas accusatur: non aurum, non argentum, non divitia, sed cupiditas. Nam qui nolunt divites fieri, vel qui non curant, vel qui non ardent cupiditatibus; non avaritia faucibus accenduntur, sed divites sunt.*

28 Adhuc malum aliud, ut avaritia constet malorum malum & ex malis pessimum; Quorsum theaturorum accervus, si non conceditur usus? Quid habet pulchri constitutus accervus? Infelices prorsum signat Paulinus, Natal. 10. v. 289.

*Quos ingiter urit
Defectus miseri metus, & miser ardor habendi:
Atque ita & inter opes inopes, quasi Tantallus ille,
Inter aquas sitiunt, ne habent, quod habere videntur.*

Paulina

Vide Prudent. in *Psycomach.* à v. 522. & Alciat. cum Claud. Minoc, Emblem. 85. & 89. Hic est fructus aviditatis: *Cum habuerit que concupierat, possidere non poterit:* etenim cum nulla in usum divitiarum portio, nulla vel in ipsa possessione possessio: maxime quàm præ copia, etsi multa expenderent, expensæ iteratæ divitias crebro superare non possent. Verè se fateatur pauperes.

Iob. 20. 204

Patetior que bonis quisque est, quò plura requirit. Hinc mæror, si non acquiritur; & dolor, modo aliquid expendatur: etenim vel in vitam necessaria ab animo parco indicantur dispendia. Apud Iuvenal. Satyr. 13. v. 139.

Manil.
Unde mæror
ror & de-
lor?

*Et majori domus gemitu, dolore tumultu
Planguntur nummi, quam funera. Nemo dolorem
Fingit in hoc casu: vestem diducere sumnam,
Contentus, vexare oculos humore coactò.
Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.*

Iuvenalis;

Ideo avaritia mala, quippe ex bonis divitiarum in vitæ subfidium construit incommodum; Non habet quod habere videtur, quia sibi videtur non habere: sitque morbus, unde salus; Senec. in *Hercul. fur.* v. 165.

*Hic nullo sine beatis
Composit opes gazis inbianis,
Et congesto pauper in auro est.*

Senecæ;

29 Aliter exponi potest auctoritas Prophætæ, accipiendo *ly Malam* metonymicè: quæ si mala avaritia dicantur opes avaræ, illicitè partæ. Favent Veroneses. Chald. *Divitias impietatis.* Pagnin. *Væ avaræ sceleranti divitias.* Hæ enim dicuntur facultates, quoniam domus splendori deservunt. Si rapta divitiæ; quò maior thesaurus, non gloria, sed tinea splendoris domus. *Edificavit sicut tinea domum suam.* Iob. 27. 18. Videtur ad speciem quo splendeat, sed intus habet unde subito corruat. *Qui edificat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.* Eccle. 21. 9. In hyme non coherent in fabricam lapides: hand fecus in domus splendorem opes maximæ ex rapinis: igitur ædificium impetèruit, ubi potissimè splendet. Malum locum semper est dispendium, quia malè partæ male dilabuntur. Unde perspicua textus delicatio. *Va qui congregat avaritiam malam domus sue, ut sit in excelso nidus eius.* Cadet, dum liberari se putat de manu mali: pessum it sublimius ædificium ipomet pondere divitiarum. Syr. *Væ opprimenti & congreganti divitias, malam domus sue.* Avaritia mala est: malæ opes cum avaritia; sed peiores in ruinam domus facultates divitiarum ex divitijs oppressorum. *Væ ei qui multiplicat non sua: præmisit, v. 6. Væ. Iurè.* Si non sua, ubi multiplicantur, diminuantur. Verum quomodo? Dicit Augustin. quò n. 27. *Omne pomum, omne granum, omne frumentum, lignum omne habet vermem suum. Vermis divitiarum superbia.* Intus vermis rodit, quod exterius nitet: & qui videbatur ultra fortunæ iactum præcellus nidus, ex rapinis formatus est ruina domus; quippe quàm in gloriam quicquid per nefas construxit mala avaritia, corrosio vermis superbia, ut cum fonitū periret latrocinantium memoria.

Metonymiâ

Divitijs rapinis qui domum construit, ædificium destruit.

August.
Vermis divitiarum superbia.

Euripidæ;

*Ite nunc ò mali, parata honorem per vim,
Et contrahite divitias, undecunque venantes
Per fas simul & nefas.*

Deinde messem ipsarum infelicem metite.

Claret. Sine fulcro domus erecta: & quam superbia vermic interno subdole usque in æthera crexit; pondere divitiarum avaritia complanavit: avarus enim dum concupiscit multa, amittit omnia. Vide Stoicum Cordubens. & Epist. 90. & lib. 7. de *Benefic.* cap. 10.

Pro:

30 Profectio Avaritia mala. Fomes iurgiorum (infit Chryfolog. Serm. 162.) pantes negat. germanos dividit, separat socios, amicitiam solvit, excludit affectum: hanc qui intra se habuerit, erit nullius: suus non erit. Nuncquam improbae spci, quod datur satis est. Maiora appetuntur, quò maiora veniunt: ardetque avaritia in maiorum opum congestu per fas vel nefas confata. Flamma acrius esurit, quò ex maiore incendio emicuit. Iccirco avaritia mala: opibus & opibus malam contrahit, non expellit. Graphice Lucillus in propositum (Florileg. Epigram. Grecor. lib. 2.) profert:

Lucil.

Nam si quòd satis est, homini id satis esse potuisset; Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimus porro Divitias ullas animam mi expleve potuisse?

Hieronym.

Hieronym. hic subdit: Mala autem dicitur Avaritia, ad distinctionem bona. Va ergo ei qui multiplicat sibi avaritiam pessimam. Verùm si Avaritia utcuque male audit; quenam utriusque discrimina, ut clarescat bona aut mala? Patentia. Non est mala opum cupidio, sed cupidinis inordinatio. Unde Seneca in Sentent. inquit:

Senec.

Divitia aut sunt impedimenta improbis, Ita probis sunt adiumenta virtutis.

Plures voce significatio- ni accipiti.

Plura verba apud Priscos fuerunt indifferentis significationis nullo attributo malitiae vel bonitatis, ut Venenum, Virus, Pharmacum, Tyrannus, Daemon, Hostis, &c. de quo egimus, Tom. 4. T. 5. à num. 12. Altruit Aul. Gell. lib. 12. cap. 9. Est plurifariam videtur (inquit) in veteribus scriptis, pleraque vocabula, qua nunc in sermonibus vulgi unam certamque rem demonstrant, ita fuisse media & communia; ut significare, capereque possent duas inter se res contrarias: ut Tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Industria. Hac se- re iam vulgatum est accipitiam esse. Periculum etiam & Venenum & contagium non uti nunc dicuntur pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum eiusmodi reperias: sed Honorem quoque mediam fuisse vocem, & ita appellatum, ut etiam Malus honor diceretur. & significaret iniuriam. Sic ille: quo intelliges illud Psalm. 34. 26. & 68. 20. Induuntur confusione & reverentia. Tu scis improprium meum, & confusionem meam & reverentiam meam: hoc est, iniuriam. Homer. Odyss. 4. v. 230.

Reverentia & honor pro iniuria. Homer.

Aegyptia producit fertilis terra Pharmaca plarima salubria, mixta, multa letbalia.

Hinc Eustachius in 4. eiusdem Iliad. ait: Venenum dictio est media: ut que capiatur pro re non bona, afferente dolorem, & pro bona afferente medelam. Quod astruit Apollon. Rhod. 3. Argonaut. v. 71. fuccinens:

Apollon.

Vena, hac quidem bona: hac autem noxia.

Unde cum huiusmodi & similia verba in significationem essent accipitiae; per adiectivum malum & bonum terminata sunt in discretivam significationem damni vel commodi: quam obrem Caius de Verbor. significat. inquit: Qui venenum dicit, adijcere debet, utrum malum, an bonum.

Caius.

Que avaritia bona?

31 Fax ergo iam accensa auctoritati Propheta. Indifferens sanè nomen Avaritiae significat ergo cupidinem opum. Hac cupiditas non mala intendens in divitiis ut instrumenta ad virtutem: at pravus omnino affectus tendens in cupiditatem. Divitias comites virtutum, dicit Pindar. Olymp. Od. 6. vers. 122. & Calimach. Hymn. in Iovem. vers. 94. Sine opulentia nulla virtus. Si aliqua, difficilis: propterea Iuvenal. Satyr. 3. vers. 164. inquit:

Iuvenal.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.

Ideo sicut à Poëtis Cerberum inferni canem, per virtutem Herculis educatum in lucem; igitur virtus inyatur, dum opes quæ absconditæ lucem vident expensa.

Hesiod.

Hic canis horrendus nigrantia limina seravat, Preditus arte mala: cauda blanditur & aure Utraque, accedat si quis: si evadere conat Conetur quisquam, hunc avidam mox condit in alcum.

Avaritia Cerbero similit.

Ait Hesiod. in Theogon. vers. 310. Mythologia audienda ex Natali Comite, lib. 3. cap. 5. Cerberum (inquit) Avaritiam esse, divitiarumque cupiditatem, que non nisi è malis cogitationibus oritur. Est enim Avaritia proprium advenientibus opibus blandiri: at ubi vel in res necessarias faciendus est sumptus; graviter ferre, discutitari, & praemarore prope insanire. Quod si ulla necessitas opes ipsas in lucem extraxerit, reclamatione avarus, & nulla cum dignitate vel iudicio ipsas profudit; quare vitâ luce Cerberus vomuisse di-

citur. Habet multorum caput numerum; quia multorum scelerum & flagitiorum principium & fons est Avaritia, cum neque sibi prosit, nec reliquis. Ad Herceles, quæ virtus est animi magnitudo, Cerberum in lucem extraxit. sibi que perpetuam gloriam comparavit. Quis enim sine opibus facilem esse sibi vitam ad perpetuitatem nominis affirmabit? Illa sanè nihil aliud potanda sunt à viris prudentibus, quam commodiores rationes verum præclare gerendarum. Hinc queruntur sæpe ingenia non solum paupertatis lapide pressa, sed & sepulta. Apud Alcias. Embl. 120. clamat nefcio quis:

Nat. Coma

Ingenio poteram superas volitare per arces, Me nisi paupertas invida deprimeret.

Alcias.

Hæc est bona avaritia, ut possit animus expedite in fastigia virtutis ascendere: igitur iacent facultates sine facultatibus, & illarum uti scientiæ, est fortunarum fortuna. Prædarius enim est, pecuniâ quam armis bene uti: ait Plutarch. in Coriolan.

Plutarch.

32 Ratio Philosophica etiam est didascalica. Concupiscibilis & irascibilis (quæ facultates appetitus sensitivi, seu vitalis impulsus) ab Stoicis signata; ut rationi nocuæ: igitur seipfos factuè arbitrabantur Numina, ubi profitebantur (sed speculative, cum casus blatterantes docerent homines) esse rationalia marmora. Papæ! Peripatetici dicunt, & recte, eiusmodi appetitus facultates, esse in usum animæ. Unde concupiscitiam indifferentem est in bonum & malum. Est enim ut primus effectus amoris de bono convenienti, bona si ad bona; mala si ad mala. Bona, modò ordinare secundum rationem: mala, modo sine ordine secundum voluptatem. Unde non arectur ab appetitu cupiditas, sed inordinata cupiditas, ut ait Ambros. 1. Offic. cap. 47. & Innocent. III. de Miser. bum. constit. lib. 1. cap. 4. Mala enim dicitur, quia corrumpitur affectus, in quam semper pugnax Fortitudo virtus. Qua de causa non iudicatur voluntas aut amor in summum bonum ut par est; ubi voluntas & amor erga sensibilia, quæ ad illud bonum consequendum non referuntur: corrumpit enim visibulum caducorum amor amore divinorum. Adifis Basil. in Afect. cap. 7. & Augustin. de Amicit. cap. 5. Unde cum avaritia, uti concupiscitiam de bono convenienti, sit indifferens, quia potest ratione in virtutem ordinari, etiamque vitiosè corrumpi; concupiscitiam opum rationali sine, dicitur Avaritia bona; prava vero intentione à Vate Sacro dicitur Avaritia mala. Opes enim & optima & pessima. Optima, dum habentur, ut per illas, & non propter illas, magna fiant; pessimæ autem, si mala sunt, ut habeantur. Optima, modò intendatur virtutis honestas; pessimæ, si ut fatiatur insatiabilis aviditas. Hæc regnabat inter Babyloniz Principes: dicitque Propheta Avaritiam malam, nominis accipitiam ut tollat indifferentiam. Ita Virgilius, ut videmus num. 25. dicit: Malum virus. Ibi videris plura Ethnicorum testimonia attestantia, Hesiod. d. v. 311. Arte mala. Plaut. in Amphitr. Act. 1. scen. 1. v. 112.

Concupiscitiam vox ang. cepi

Et Avaritia.

Opertet me malum esse callidum, astutum admodum.

Et Cicero apud Trider. Taubmann. in Gistellar. Plant. Act. 4. scen. 2. v. 64. Versutiloquas malitias: igitur ut observat Nonius, Malitiam veteres, ut dolam mediam ponendam esse dixerunt; quæ si sit malitia bona. Eandem indifferentiam habet Avaritia: quapropter Novarin. Umbr. V. Igin. Excurs. 126. n. 1171. inquit: Liberalitatem Maria experiri qui cupit, sanctâ prohibitatis avaritiâ corripitur.

Plaut.

Cicero.

Nonius

33 In avaritiam malam incumbunt mortales, quia in pretio pretium est, & dat census honores: & cum concupiscitiam respectu vitiosæ cognitionis sit corrupta; appetit abijcienda, abijcit appetibilia. Ratio e contra non appetenda despiciit, appetibilia concupit, & suo ordine, nimirum, argentea, ut argentea, aurea ut aurea; quippe affectio, est valeat, non debet permutare, vel commutare momenta. At hoc infra, à num. 36. Hinc per Zachariam dicitur: Pretium, quo appetitatus sum ab eis. Profectio appetitur quod pretiosum. Unde ut dignum estimatione finetur; pretio meditanter coniungitur estimatio, quippe geminatione dicitur quanti, quasi magni digni in possessionem momenti. Hoccine thylo usa D. Theresia in Fundation. cap. 31. inquit: Quam verum Domine mi, obsequia facta tibi acutim aliquo gravi labore rependi! sed te diligentiibus quam pretiosum hocne pretium! Idem, dives merces. Plaut. in Epidic. Act. 1. scen. 2. v. 17. Emere pretio pretio: hoc est, grandi, estimabili pretio. Sicine exprimitur magnitudo rerum per epistam Tautologicè iuxta illarum materiam. Accipe phrasas Plautinas. Aulul. Act. 2. scen. 2. v. 50. Pauperum patrummum. Scen. 4. v. 35. Parce parcum. In Curcul. 5. 3. v. 10. Propere propera. 1. 3. v. 26. Luce lucebit. In Amphitr. 2. 2. v. 210. Pudicitiam & pudorem. In Captiv. 4. 1. v. 7. Amoenitate amœna. In Epidic. 1. 2. v. 24. Salva salute. In Pseudol. 5. 1. v. 19. Amicis sinam amittiam. In Mostell. 5. 2. 36. Ludo ludere. In Asinar. 2. 1. v. 18. Falsæ fallacie.

Zach. 11. 13

D. Theresia

Geminatio vocis pro re summa in re.

In

In *Truculent.* 2. 4. v. 3. *Nitide nitet.* Denique Prolog. *Pœn.* v. 28. *Pueros infantes minutulos.* Cuncta prodivè intelligentur, modo pro geminatione quid sanium intelligatur. Unde *Pretium quo appetiatus sum*, idem sonat in sensum, quasi diceretur in ælimationem pretium summum. Ne mireris quòd hic contraria significet: etenim in ironiam verborum intentionem, verba sunt eadem. Patet, 4. Reg. 4. 26. *Keleè ne agitur circa te, &c. que respondit: Releè.* Satyrice respondit, sicut *Thren.* 2. 15. *Hæcine est urbs perfectè decoris, gaudium univèrsa terra.* Plaut. in *Epidic.* Act. 1. scen. 2. v. 21. *Salva res est: pro perdita.* Ciceronem adversus, *Catilina Invectivo.* 1. inquit: *Hominem sane opinionis, integra vita, qui suis flagitijs celeberrimè hunc ordinem devasta vit.* Et *Juvenal. Satyr.* 15. v. 10. pro *Execrandas*, accinit:

Frontia, seu Aniphrasi.

Juvenal.

O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hostis Numina!

Sarcasmus.

34 Non aliter exponendus Zachariæ textus. Hic Sarcasmus subintelligitur despectu pretij, & amaro scommate. Ideo ex appreciatione dicit satyrice: *Decorum pretium, quo appetiatus sum ab eis.* Hispanice: *Linda cosa*. *Cosa grande!* Id est: inæcorum, vilissimum; Ut ait Alapid. & Haye in *Bibl. Maxim.* tom. 18. de *Idiotism.* n. 33. *Ridiculum, sordidum, ludibrium habitum & ignobile pretium.* Sanctus hic, n. 46. Alludit *Matthæus: Tringita argenteos, pretium appetiati, quem appetiaverunt à filiis Israël.* Nimirum, indignissimum pretium, quia turpi ac fordida ælimatione emptum quod pretiosissimum; *Christus scilicet, quem appetiaverunt Iudas & Iudæi:* id est, non appetiarunt,

Matthæus 27. 9.

Passus grande nefas parva mercede, nec illi Culpa datur pretio, sed inherent crimina factio: Tam andem sceleris ter dena numismata sumens Argenti, parvo cæcatus munere gestit, Quantam cuncta simul terrarum regna, marisque Divitias, omnemque vagis cum nubibus æthram, Si caperet, gesturus erat: neque enim bona mundat Sufficerent magno fuso pro sanguine Christi.

Sedul.

Accinit *Sedulius*, lib. 5. *Carm.* à v. 47. *Ecitne in hocce pretio pretium?* Planè pretiosi ludibrium. Sarcasmus est. *Syr. & Tertullian.* 4. *Advers. Marcion.* cap. 40. *Pretium honorandi, quo honoratus sum ab eis.* Id est, despectus: quasi nullius pretij pretium pretiosissimi, de quo præti sunt: legit *Guido*, cuius versio affinis *Pericz & Æthiopica.* Unde *Genebr.* in *Psal.* 48. 9. *Pretium pretiosum, id est, nullum.* Eodem in sensu acceptio vel apud *Ethnicos.* *Horat.* 3. *Carm.* Od. 6. v. 32. *Dedecorum pretiosus emptor.* Nihil mirum, si færeamicè dicatur pretium inhonoratum & indecorum pretiosum pretium; quandoquidem illa *margarita celestis Christus Dominus*; totius divinitatis thesaurus; tringita argenteis proditus & traditus in manus hostium, cuius *impretiabile pretium.* Ita ait *Seraphicus Francisc.* *Oracul.* 2. *Apè, sine pretio dicitur, quæ suppellex caret pretio. Domus sine pretio pretiose:* inquit *Apuleius.* 5. *Metam.* & *Fulgent.* lib. 3. *Mytholog.* fab. 6. *Appositiusque Seneca. Epist.* 90. in nostrum institutum: *Hoc pretium est, non posse pretio capi.* Quia non operæ ut par erat, in pretio recompensatio, sed tanti honoris irrisio: iubet *Deus Prophe-tam* projicere pretium ad statuarium, ut constat signum. *Tuli tringita argenteos & prociòs illos in domum Domini ad statuarium.* Ac quod signum effortandum ex vilitate inhonorati pretij? *Venditionis prorsus Christi.* Sicut traditur pretium à Zacharia, qui usui proprio cessisset; ita pretium emptionis Salvatoris non in eius utilitatem, sed in incommo-dum celsit. Figura igitur respondit veritati. *Tunc impletum est quod dictum est* (inquit *Matthæus loc. cit.*) *per Ieremiam Prophetam dicentem: & acceperunt tringita argenteos, pretium appetiati, quem appetiaverunt à filiis Israël.* Quo ergo iure, causave quod dictum à *Zacharia*, dicit *Matthæus à Ieremia* prænuntiatum; diximus *Tom.* 3. *T.* 14. n. 5. Si alia dede-rantur. adi *Doctiss. Sanctium loc. Zachar. cit.* à n. 52.

Franc.

Quod pretio inest, inestabile dicitur sine pretio.

Senec.

Ibid.

Ubi supr.

35 Ergo in Tautologiam. Ter regeruntur verba idem significantia, ut satyrici sermonis exprimentur vehementia. Ampliorem vim animi affectus denotant voces ter inculcata, quam bis; quia claret per *Epizeuxim* ampliorem amplior in sententiæ firmitatem cordis conatus. Diximus in expositione Tautologiarum, *Deus misericors & clemens, patiens & multe miserationis.* *Exod.* 34. 6. *Prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione transgressorum prævaricati.* *Isai.* 24. 16. *Multum operatur geminatio, quia dicitur apparere magis de enixa voluntate disponentis, magis quando sum triplicata:* *Roland.* à *Valle. Consil.* 61. n. 40. & *Decius, Consil.* 1. n. 204. lib. 1. In scriptura, identidem. *Ierem.* 36.

Epizeuxis. Verba sepius repetita vehementeris significationis.

1. 6. A, a, a, Domine Deus. 7. 4. Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. 22. 29. Terra, terra, terra. 4. Reg. 3. 10. Heu, heu, heu. Apocal. 8. 13. Va, va, va. Elegantiùs fit, modò fiat geminatio per Periphrasim, quia in quacumque vocis mutatione nitet diversus voluprati & intentioni sensus; ut illud *Matth.* 6. à v. 23. & *Luc.* 11. à 35. *Ne lumen quod in te est tenebra sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Exempla partanorum sunt obvia. *Vide num.* 30. *Lucitium.* Plura congessi ex *Plauto, Tom.* 3. *T.* 11. n. 11. & 12. ad illud *Sapient.* 6. 11. *Qui custodierint iusta iustè, iustificabuntur:* & adhuc invenitur apud eum in *Pœn.* Act. 1. scen. 2. v. 75. *Illud satisne est satis, quod satis est.* *Aristophan.* in *Avib.* Act. 17. v. 144.

Periphrasi.

Advenit lucens splendore stella, Splenduitque aureaque splendida domo: Neque Solis longè splendens radiorum splendor Talis splenduit.

Aristoph.

Non aliter in nostra Tautologia per alia atque alia idem inculcatur, ut signetur de pretio rei pretiosioris, ac pravo despectu dolor. Altè enim pupugit vel iudicium sine pretio, vel pretium sine iudicio: quare ut *Deus illorum ironice ostendat ignorantiam*, vel malitiam; vilò sine pretio pretio, dicit, *Pretium appetiatus* (eius) quem appetiaverunt à filiis Israël. *Substant* emptores, de villi in re pretiosiore ælimatione gloriantes, ut fugit *Virgilius* 4. *Ænead.* v. 92. de *Iunone.*

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dicitis: Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis Tu, puerque tuas, magnum & memorabile nomen.

Virgil.

36 Non enim penderunt homines ælimationem pro pretio, pretiumque pro tanto, ab amore duntaxat superabili, labore. Quid ex tanto?

Non genus humanum, non tanti machina mundi, Non tanto merces digna labore fuit.

Herm. Hag.

Et tringita argentei pretij fuerit? O stulti! Usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendaciam? Hoccine pretium pretiosi sanguinis? Mendaces filij hominum in stateris. Non corruptibilibus auro vel argento facta redemptio, sed sanguine Agni immaculati pretioso. Hinc *Arabic.* pro Pretio appetiatus, legit: *Pretium innocentis.* *Perf. Sanguinem ponderis.* Sed illo fordido parcoque pretio, sanquam sine pondere sanguis. Non aures Hebræi ælimarunt ut aures; sed aures præ inordinata cupiditate appetiarunt uti testea, quando tringita argentei fuit pretium appetiatus eius quem appetiaverunt. Non ita factum à *Nabuzardan* ex spolijs in demolitione templi. *Que aurea, aurea: que argentea, argentea tulit Princeps militia.* Huiusmodi stylum aliquibus placuit, esse Hebraicum, seu ingenitam lingua dialectum; sed falluntur. Sensus genitius est, omnia Princeps seorsim reposuit, ac in *Babylonem* asportavit. *Vulgò: A parte el oro, à parte la plata.* Multa in templo erant ex aere, aurichalco, auro & argento: tulitque cuncta *Nabuzardan*, ut pramitterit, v. 14. & *Ierem.* 52. à v. 17. fed seorsim aurea, seorsim argentea; sicut sepeluerat *David* in apparatu excoensurum fabricæ augustissimi templi. 1. *Paralip.* 22. 14. Unde cap. 29. 5. dicitur: *Ubi cumque opus est aurum, de auro: & ubi cumque opus est argentum, de argento.* Separatim ea describuntur usquequaque in *Sacra* pagin. *Sap.* 13. 10. *Ecdi.* 40. 25. *Isai.* 2. 7. *Execch.* 7. 19. *Osea.* 8. 4. & *Apocal.* 18. 12. *Merces auri & argenti.* *Homer. Odyss.* 7. à v. 88.

Pravi pendunt parvi sanguinem Christi.

4. Reg. 254. 15.

Cur metal-la discrimina-tionem caste-dita?

Aurea verò fores firmam domam intus clauderant Argentei autem postes in aere stabant limine, Argenteum verò superius limen, aurea item cornix, Aerei autem utrinque & argentei canes erant.

Homer.

Plautus in Rudente, Act. 4. scen. 4. v. 43. *Aurum auro expendetur: argentum argento exequabitur.* *Manil.* 4. *Astron.* cap. 1. v. 249.

Plaut.

Quicquid & argento fabricetur, quicquid & auro.

Manil.

Marc. Senec. Controo. 25. *Magnifico apparatu instruitur convivium: distinguuntur argenteis poculis aurea.* Siccine igitur ut signentur seposita pretiosa, dicuntur que aurea, aurea: que argentea argentea.

M. Senecæ

37 Aurum & aurum, argenteum & argentum, ebur & eburneum sæpe accipiuntur pro specioso, rutilo, pulchro & spectabili. *Homer.* quò dudum, v. 100. *Aerei iuvenes ardentes faces gestantes.* Id est, spectabiles, splendidi. *Theocrit. Edyl.* 21. v. 52. *Aureum piscem,*

piscem.

Aurum & piscem. Propert. lib. 4. Eleg. 4. v. 25. Argentea lilia Nymphis. Virgil. 8. Aeneid. v. 655. aurum pro pulchro specioso. Angerian. Ex ebore albeni fulera. Cuncta amplectitur Ovid. 2. Metamorph. fab. 1. Regia Solis erat

Ovid.

Clara micante auro, flammæque imitante pyropo, Cuius ebur nitidam fastigia summa tegebat, Argenti bifores radiabant limine valvæ.

Nat. Com. Fulgent.

Hinc apud Homerum (inquit Natal. Com. in 6. Metam. huius Vatis, fab. 6.) omnia magis pretij fingantur eburnea vel aurea. Fulgent. quod supr. n. 34. Delapsa (subdit) in quandam domum auream rapitur, quæ pretiosa sine pretio, soli consideratione; laude deficiente, poterat existimari. Homer. 4. Odys. v. 37. Auroque, electroque, & argento atque ebore. Tibull. 1. Eleg. 6. v. 58. Aurea vicit anus. Horat. 2. Od. 10. v. 5. Auream mediocritatem. Seneca in Hercule furent. v. 13. Perseus aureus stellas habet. Virgil. 8. Aeneid. v. 679. Aurea casarjes. Demum Ovid. loc. cit. de curru Solis profert:

Ovid.

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa Curvatura rota.

Pindar.

His ergo testimonijs elucet dici aureum, quicquid nitidum, splendidum & pretiosum: igitur ut ait Pindar. in Olymp. Od. 3. v. 75. Aurum inter divitias maximè venerabile.

Apoc. 17. 4.

38 Palam est modò illud de muliere meretricæ magna sub Babylonis nomine: Mulier erat inaurata auro. Id est, splendide ornata, regiè sculpta & cuita, pretiosè vestita, pulchrè, opulenter, & scite insertata. Amicla vestimento aureo. Aethiop. Lapidibus pretiosis & auro. Syr. Adornata auro. Cyril. Alexandr. Aurum enim significat quicquid pretiosum. Mirum non est in Scriptura, quòd res vestita præ se feratur nomine vestis; uti fuse probavimus, Tom. 3. T. 1. a. n. 35. Unde dum mulier dicitur deaurata, intelligendum est, ornata pretiosis vestibus, ut undique esset splendidus & spectabilis cultus. Mulier erat (dicit Ioannes) circumdata purpurâ & coccino: & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis. Idem cap. 18. 16. Inaurata erat: additurque Auro, non quia vestis illius esset ex auro, sed quia vestis aurea: hoc est pretiosissima: auro lapillisque rigens. Nostrates: Quaxado de oro: quaxado de pedereria. Apud Homerum, Odys. 2. vers. 339. invenitur phasis. In excessum (inquit) talamum ascendit, ubi cumulatam aurum. Apud Hebræos, ut observat Alapide in Apocal. 21. 18. non est concretum auri: quare pro Aureum, dicunt Aurum. Ita in text. præfat. Quæ aurea, aurea, ex Hebr. Malvend. legit: Quod aurum, aurum. Apocal. loc. cit. Civitas aurum mundum, simile vitro mundo; intelligendum est, Civitas aurea, splendida, pellucida, sicut crystallus vel mundum vitrum. Etiam apud Latinos acceptio, ut notat Passeratius in Propert. Hic enim lib. 2. Eleg. 31. vers. 11. accinit: Auro solis erat supra fastigia currus. Id est, ex auro. Idem lib. 3. Eleg. 17. vers. 37. Ante fores templi crater antistitis auro. Prius Virgilius, 2. Aeneid. v. 504. & 765.

Res vestita nomine vestis.

Homer.

Abstractum pro concreto.

Propert.

Virgil.

Barbarico posses auro, spoliisque superbi. Craterisque auro solidi, captivæque vestis.

Non secus tò Auro, dum meretricis civitas proponitur inaurata. Q. d. Erat splendida veste; eximio pretio, quia inter margaritas & lapillos fila prominebant ex auro, divite mundo mulieribus singulari divitiarum ostentatione; ut decore opulentior, oculis amatorum objiceretur in vicum spectabilior. Siccine reduplicatio illa auro & inaurata, vel quia aurum erat optimum, vel multum.

39 Aliqui non infimè notæ, pro auro apparente accipiunt feminam inauratam auro: quod quidem omninò ludicrum; quia potius bractæa videretur monstrum, quam amatorum illicitum. Aptior cogitatio in tropologiam, quam in literam, ut explicetur hypocritæ splendor & speciositas, nullaque in furo claritatis entitas: etenim ut ait Seneca: Epist. 115. Cum auro tecta perfundimus, quid aliud quam mendacis gaudemus? Scimus enim sub illo auro fæda ligna latitare. Ambitionis indignorum objicit documentum. Sine meritis in fastigio dignitatis, est ligna arata, ligna: requiritur speciositas, & apparet resurgens turpis inanitas. Obscuratum est aurum, & mutatus color optimus, quandoquidem propter morum corruptelam, virtutis argentum conversum est in fcoriam: verum nocuus, dum ipsa teterrima vitia in animæ damnationem, gratiæ sive embolio amoris proijci, uti pretiosissimas virtutes improbi amplectantur cæci. Hinc Apoc. 3. 15. Afferor N. Episcopo Laodicæ: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Utinam frigidus esses, aut calidus! Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, in.

Senec.

Ambrosios indigni emblema deaurata ligna.

Apoc. 3. 15.

16.

incipiam te evomere. Pessimus utique hicne status vel in Physicis ex dispositione corporis. Quid si sanam vocem leviter febricitantem? Non est bona valetudo mediocritas morbi: ait Stoicus cit. Epist. 85. subditque: Plus potest, quamvis mediocritas, turba: quam posse animus magni violentia. Habet pecunie cupiditatem, sed modicam: habet ambitionem, sed non covicitam: habet iracundiam, sed placabilem: habet inconstantiam, sed minus vagam & mobilem: habet libidinem, non insaniam: Melius cum illo ageretur, qui animum vitium integrum haberet, quam cum eo, qui leviora quidem, sed omnia. Testimonium sacrum D. D. torris ingenia, quorum expositio varia, & aliquorum ita implicatoria; ut incidant in Scyllam, capientes vitare Charybdim.

Status neutrorum gravior extremis. Senec.

Pecata venialia cavenda.

Ælian.

Non est boni qui non pessimus.

M. Senec. Nec instabilis in exercitijs.

Bernard.

40 Non est bonitas pessimis esse meliorem. Non velox, qui respectu claudi, nec periphatice respectu cæci. Quid erit infimis maior, nanis excellior, imbecillibus fortior, & effrenatissimis moderatior? Futilis de excellentia comparata cordis lætiantia, cum inter minimos nulla detur excellentia. Criminabatur quidam Pytheam oratorem (ait Ælian. lib. 14. de Var. histor. cap. 28.) quòd malus esset. At ille non inficis ibat: hanc enim illi conscientia necessitatem imponebat: sed respondebat, se minimo tempore omnium qui Rempubl. Atheniensium administrassent, malum fuisse: nempe in hoc sibi placens, quòd non perpetuò fuisset eiusmodi: putansque se non iniuriam facere, si non cum pessimis compararetur. Stolidum sanè. Alij autem sequuntur conditionem Porcij Latronis Rhetoris de quo Marc. Senec. Præfat. in Controv. ex quo Cæsar. Rhodigin. lib. 11. cap. 13. Nemo plus ingenio suo imperavit: nemo plus indulsit. In utraque parte vehementi viro modus deerat: nec intermittere studia sciebat, nec repetere. Cum se ad scribendum concitaverat, iungebantur noctibus dies; & sine intervallo gravius sibi instabat, nec desinebat, nisi desce- rat. Rursus cum se dimiserat, in omnes lusus & in omnes iocos se resolvebat. Cum verò se sivois, montibusque tradiderat: omnes illos agrestes in sivois ac montibus natos laboris patientiâ ac venandi solertiâ provocabat: & in tantam sic vivendi pervenerat cupiditatem; ut vix possit ad priorem consuetudinem retrahi. At cum sibi manum iniocerat, & se blandiendo, unde abduxerat, revocaret; tantis viribus incumbere in studium, ut non tantum nihil perdidisset, sed multum acquisivisset desiderâ videretur. In sententiam spiritalem Bernard. in Ascension. Domin. serm. 5. n. 6. Utinam hæc (inquit) ut intellectum admonent, moveant & affectum; ne sit intus amarissima contradictio, & divisio molestissima, dum hinc quidem sursum trahimur, sed retrahimur inde deorsum. Hi ascendunt in cælos & descendunt usque ad abyssos: descenduntque & ascensu instabiliter in opposita, tabescit ipsorum in malis anima. Saepè cadunt in ignem & crebrò in aquam, signum spiritus nequam. In rem Senec. Epist. 87. Hoc est, nec calidum, nec frigidum pati. Manil. 2. Altron. cap. 16. à v. 18.

Et dotes, noxamque facit: vertuntur in orbem Singula, & accipiunt vires, cæloque remittunt, Esse sui moris: vario nunc dives honore, Nunc sterilis. Infelix Regio.

Manil.

Igitur distracti vadunt hinc inde & veniunt, semperque cadunt, tendentes modo in vitrum modò in aurum: cum sapientiæ virtuti non adæquetur usquam aurum & vitrum.

41 Hi volunt servire Deo & Mammonæ: Arcam & Dagona venerari. Divisum est cor eorum & intereunt. Væ duplici corde. Pessimus vitæ in æternam status. Maximum indiciam est mala mentis fluctuatio, & inter simulationem virtutum, amoremque vitiorum assidua iactatio: Infit Senec. Epist. 120. additque de Tranquill. anim. cap. 1. In statu ut non pessimo, ita maximè quærolo & moroso positus sum. Nec agroto, nec valeo. Causam signat Homer. 10. Iliad. v. 121.

Senec.

Inspicientia mentis: nec vult laborare, Nec pigritia cedere.

Homer.

Ubi Itaias dicit: Sicut Oryx illaqueatus. Septuagint. legunt: Sicut beta semicocta. Hispan. Azelga. Infirmitorem cibus est. Qui studet vitio, beta cruda: qui virtuti, beta cocta: qui fluctuat inter virtutes & iniquitates, patet semicocta beta: iungunturque laquei & vincula retis; quippe anima in huiusmodi statu plerumque irretitur vitij. Graphicè Mantuanus lib. de Calamitat. suor. tempor.

Itai. 51. 202 Nec qui fluctuat inter virtutum, virtutum.

Hæc est curarum genitrix, exercita nullis Artibus, officij nullo laudabilis usu, Segnicies, inter socias nutrita Megeræ: Dôctaque languores animi luctusque magistra

Descriptio. Negligentiæ.

*Ipsa gravis sibi est, turpi delecta quiete
 Mares & ignorat causam morbori & ortum.
 Ebrua lethargo semper, trifligio veterno
 Virtutum formidat iter, monstratque labores,
 Difficilisque vias, & re maiora videri
 Cuncta facit.
 Sic hominum falso deludit Acedia vultu,
 Spem minuens, animosque premeus, operumque futura
 Præmia deridens, conemni fulmen & ignis
 Tartareos, frustra que docet Phlegetonta timeri.
 At Veneris concedis opus, convivia, ventris
 Ingluuiem laudat: sic lentus corpora torpor
 Occupat & pigras ita vincit inertia mentes,
 Instructis lautè mensis, si copia detur,
 Inauget, qua sita vorat, sed querere nescit.
 Inde graves cura, longæque tædia surgunt.*

At ubi phalerata huiusmodi pestis floret? Ohe! Ubi nec metus animam à periculo, pudor à turpitudine, & ratio revocare nequit ab instituto furore. Proh dolor!

42 Locus moralis est. In nos deducitur amnis: igitur si maiores sæculo esse iam cepimus, nihil sumus, ni sæculo maiores fuerimus. Simus quod debemus esse, ut esse valeamus. Illud velim ne ignores (inquit Nazianzen. orat. de Fuco.) rugam unam tibi turpiorem esse, quam maxima vulnera ipsi qui in mundo vivunt: neque enim tam notabilem ac conspicuam in sordidus quam in puris unicoloris vestibus, labes aliqua sordiditatem habet. Omisio (uti videbimus, Tom. 7. T. 9. ad illud Rom. 12. 11. Sollicitudine non pigri.) est respectu actus debiti: negligentia, respectu debite circumstantiæ: siquidem opus non fit, modo quo fieri debet, unde tepor, & torpor; de quo Climach. in Collocatione de Acedia, ait: *Est remissio animæ, resolutio mentis, pusillanimitas exercitationis, odium professionis, mundanorum beatificatrix, detractrix Dei: astonita in psalmodia, infirma in oratione, in ministerio ferrea, in operatione pigra, in obedientia improba.* Vide dicta ex Bernard. Tom. 4. Tautolog. 13. D. 3. n. 4. Lanfpergius in Psalbat. serm. 3. Non inveniatur in nobis (ait) tepiditas illa omnis sanctitatis adversatrix, pietatis destructrix, que in nonnullis Monachis reperitur: ideo semper dispuntur, utrum sit peccatum mortale? quod si non esse didicerint, non timent Deum offendere, gratiam eius spernere, spiritum debiliores, carne validiores, peccando frigidiores fieri. Non timent sordes colligere, Deo displicere, ingrati inveniri, atque mortalium sese peccatorum periculis exponere. Fundamentum est maxime ruinofum, super quod nunquam aliquid boni potest edificari. Causam apponit N. Damiani in Apolog. cap. 7. Si tenuissima veneni stilla diffunditur (inquit) nonne totum ædificium profus abominabile indicatur? Si ergo perexigua mala largissima sepius bona corrumpunt; quo pacto te de lenocinante conscientia iactas, quia minimum est, quod contra professionis tuæ propositum privata proprietate possides? Modicum fermentum totam massam corrumpit. Plena opera laude digna, discernimini exposita, si sint plena. Primum charitas refrigerat, tepore mox non apparet: deficientique charitate, anima traditur morti. Vide Gregor. Magn. 3. Pastoral. cap. 1. admonit. 35. Illustri metaphorâ exponit Paulus. Propterea (Hebræos alloquitur) abundantius oportet observare nos ea que audivimus, ne forte peregrinamur. Ubi opera non abundantius, id est, serventius; conferuntur madidæ Chartæ, in qua non literæ literæ sed lituræ; vel vasi fictili hinceni, ut notat Alapid. hic: igitur ita vasa rimis perfluunt, & sillant; ut brevi tempore liquoris vel preciosi nihil habeant. Abundantius ergo in virtutis studium incumbendum; etenim effluet, perfluat, dilabatur, si in corde per negligentiam rimola etiam brevis inveniatur. Luculenter Seneca, Epist. 83. Urbis custos, ebrius ex quo semel factus est, fuit.

43 Alij textum interpretantur, de infideli frigido, de fideli cum operibus calido, & de fideli sine operibus tepido. Melius huic, doctrinam non accepisse, quam usum careere: non audisse legem, quam vivere infideli deteriore dixerimus plura Tautolog. 2. n. 22. signanterque 2. Petr. 2. 21. & Hebr. 10. 29. Ita tepidus dicitur Hebræus: peior frigido Gentili, carente lege. Neuter quidem excusatur: sed plus delinquit, qui negaverit, quod legerat; quam qui opera non fecerit, que facienda non noverat. Aliter Ribera hic num. 50. Iudæi ante Christi adventum sæpe Deos coluerunt: post Christi adventum non ido-

Mantuan.

Greg. Naz.

Discrimen omisionis & negligentia.

Ioan. Clim.

Lanfperg.

Tepor in Religiosis formidabilis.

Petr. Dam.

Hebr. 1. Negligentia facti ita in abolutionem.

Qui dicatur tepidus & qui frigidus?

Cur Iudæi qui olim frigidus, modo

idola, sed Deum legis auctorem colunt. Cum idola venerantur frigidi erant: nunc tepidi, multoque peiores, quam frigidi fuere. Idololatra in conversionem peccatum cognoscebant: nunc peccatum suum infidelitatis ignorant, ita adherentes crimini, ut illo arbitrentur placere Numini. Ingeniosè quidem, licet extra sensum literalem. Alias expositiones afferat Alapide, quem tu videbis.

44 Ut dicam, quid iudicij mei; (statuo, hic duntaxat designari ad literam Episcopum Laodicæ, qui à gratia divina exciderat, quin cognosceret lapsum cæcæ philantia: statum Episcopali sese iudicante perfectissimum; cum longè eius à perfectione esset, quem profitebatur statum. Per calorem signatur charitatis fervor; quo intuitu sæpe Homerus dicit *Lachrymas calidas.* 7. *Iliad.* v. 426-16. 3-17. 428. & 10. *Odyss.* v. 570. Id est vi doloris vehementis è corde deductas oculis. Per frigidum signatur peccatum: vel quia frigidus dicitur stultus (Cicer. 3. in *Tullium*) vel venenatus, virulentus. *Frigidus anguis.* Theocrit. *Edyl.* 15. v. 58. & Virgilius, *Ecol.* 3. v. 93. & 8. v. 71. Per teporem signatur medium inter charitatis fervorem, & criminum frigiditatem. Quo ergo pacto de tepido, qui prior est fervori charitatis, dicitur: *Utinam calidus, aut frigidus esset!* Qui tepidus est, citius & promptius convertetur, quam frigidus, quia facilius calorem concipit, qui teporem retinet. Ergo si Episcopus desideratur frigidus, peior est tepidus. Concedendum sanè in claram expositionem testimonij. Speculum (exemplum est dulcis. Theocrit. in *Vit.* cap. 40.) vel perspicuum, vel fractum, vel obscuro. Clarum deservit, fractum fallit, obscuro nihil. Iurè possumus dicere de obscuro speculo, nullum esse; quippe in usu peius fracto. Iurè de talpa, Utinam videres, vel non haberes oculos: igitur nihil, habere oculos, & non videre. De arbore, cuius fructus surreptis Uellus, habere fructus vel non habere; quam surrepti. Utinam exulta terra vel fructum ferret, vel nullum ferret, quam spinas produceret! fructus hincine gravior sterilitate. Terra, ut fructus feratur, semine colitur: hæccine non solùm eget semine, sed extirpatione lolij. Ita dicitur: *Vel ovum, vel pullus: tertium, sive medium fetet.* Unde Aeneas Silvius in *Epitaph.* fol. 30. *Ovum sensitum si rumpatur fetidius crudo.* Haud aliter in operibus Laodicensis Episc. posita erat semicocta, peior crudâ: ovum evanidum, tepore fetidum: igitur manifestus que interius continebat in pullum, erupit solum in regulam. Hinc in significationem fas non erat apud Romanos, Flaminem Dialem fermentum attingere, quippe panis non erat, nec farina: dicebantque fermentationem massæ putredinem. Nec farinam, quia alimentum inchoatum & crudum. *Neque enim quod fuit manet triticum, neque quod debet fieri, facta farina panis:* ait Plutarch. *Roman.* qq. 109. & quæst. 110. subdit: *Nec carnes crudam: neque enim est animans, neque factum est dum palmentum.* Hac de causa dicitur Episcopo: *Utinam frigidus esses, ut potus in refrigerium; utinam calidus eîs adinlar in cibum!* At nihil est nisi tepidum exacerbans stomachum.

*Sed proprias partes ipsas spectare memento,
 Vel glacie rigidus, vel quas exusserat ignis.*

Uellus illi erat, vel non suscepisse officium; vel vivere illa perfectione, que decebat perfectionis statum. Erat frigidus, dum apparuit in munere tepidus: etenim ut inquit Seneca, *Natur.* qq. lib. 1. cap. 11. *Nihil habent ardoris hebetes & languidi.* Frigore enim riget, ubi calor penitus evanesceit.

45 Verùm semper urget, quomodò frigus, si tepor? Quia tepor frigus. Quomodò medium extremum? Non est medium. Frigus erat peccatum, tepor virtutum spectrum: priorque frigore Præsul iacet apparente tepore; quia frigidorum cordium torridæ iniquitates sub specie spectabilis venustissimæ virtutis. Expressit modum Assertor N. parabola insigni. *Homo quidam (ait) habebat duos filios: & accedens ad primum dixit: Fii vade vadite, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem penitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo Domine: & non ibit. Quis ex duobus fecit voluntatem Patris?* Et itatus peccatorum penitentium, & occultorum, nota specialis sanctitatis velamine artificioso subdola hypocritis. Frigidi sunt qui deficient à lege: tepidi qui deficient & arbitrantur implere, peiores omnino frigidis; quia frigidus respicientes adimplent legem: qui verò declinant virtutem dicunt dilectam iniquitatem; nullo tempore amplectuntur de crimine penitentiam. Patet. Frigidi, qui noluerunt, in legem tandem tandem processere: tepidi verò frigidis: igitur in legem exponentes promptissimam voluntatem; sicut frigidis pridem abiecerunt totam legem. Calidus est, vel fervidus, qui in opus vineæ vocatus, dicit: *Ea & it.* Frigidus, qui dicit *Nolo*, & stat. Tepidus frigore summo, qui non it, & di-

tepidi, & quia tepidi magis frigidus Ribet.

Quis tepor frigore frigidior.

Que media extremis peiorat

Cur flamen Dialis non attingebat fermentum, farina, aut carnes crudam?

Manil.

Senec.

Matth. 23. à 28.

Unde qui tepidi frigidissimi

